

Q. HORATI FLACCI

*Cerva plagis, erit ille fortis,
 Qui perfidis se credidit hostibus;
 Et Marte Penos proterere altero,
 Qui lora restrictis lacertis
 Sensit iners, timuitque mortem.
 Hic, unde vitam sumeret in seius,
 Pacem auello miscuit: o pudor!
 O magna Carthago, probrosi
 Altior Italia ruinis!
 Fertur pudica conjugis osculum,
 Parvosque natos, ut capitis minor,
 A se remouisse, & virilem*

missus è seruitutis vinculis ca-
 ptiuus non potest rem strenuè
 in bello gerere.

Extricata. Expedita, libe-
 rata.
Plagis. Retibus arctioribus.
Credidit. Permisit, deditit.
Marte. Prælio.
Lora. Vincula.

Hic, &c. Captiuus ille igna-
 vus, nesciens, vitam, ac salu-
 tem non esse precibus, aut fugâ
 quærendam, sed manu, & vi-
 ctorâ retinendam in ipsa acie,
 cum pugnandum foret, pacem,
 ac vitam ab hoste petere ma-
 luit, resque disjunctissimas ita
 confudit, ac miscuit, pacem,
 & duellum, id est, bellum: in
 bello enim cum hoste acriter
 pugnandum; in pace, ab ar-
 mis recedendum: neque ista
 temerè confundenda.

Fertur. Dicitur Regulus.

Capitis minor. Ut capite di-
 minutus. Caput apud Roma-
 mos statum significabat, qui
 perfectus erat, cum quis, &
 liber, & civis esset: si alteru-
 trum, id est, aut libertatem,
 aut jus civitatis amitteret, mi-
 nui capite, minor esse capite,
 vel capitis, dicebatur. Vtram-
 que Regulus perdidit: ita-
 que se ut addictum hostibus,
 ac damnatum, nec jam, ut Ro-
 manum civem aspiciens, sed
 ut servum, remouet conjugem,
 ac liberos, quasi alienos, nec
 amplius suos. Servus enim
 amittebat jus cognitionis, &c.
 Porro, *capitis minor*, dictum
 est, eadem ratione, quâ, *ma-
 turus avi, integer vita*, & alia
 id genus dicuntur.

Virilem, &c. Immobilem
 suorum lacrymis, civium præ-
 cibus, &c.

Tor

*Torvus humi posuisse vultum;
 Donec labantes consilio Patres
 Firmaret auctor numquam aliàs datos
 Interque moerentes amicos,
 Egregius properaret exul.
 Atqui sciebat, qua sibi barbarus
 Tortor pararet: non aliter tamen
 Dimouit obstantes propinquos,
 Et populum reditus morantem,
 Quam si clientum longa negotia
 Dijudicatâ lite relinqueret;
 Tendens Venafranos in agros,
 Aut Lacedæmonium Tarentum*

Posuisse. Fixisse.
Labantes. Dubitantes, &
 in eam inclinantentes sententiam,
 ut disciplinæ militaris digni-
 tati, ac severitati salutem Re-
 guli præferendam, captiuos-
 que cum eo redimendo, cen-
 serent.
Consilio. Ut nullus captivo-
 rum, ac ne ipse quidem, redi-
 meretur.
Firmaret. Persuaderet; à du-
 bitatione in certam, & suam,
 sententiam adduceret.
Auctor. Auctor appellatur is,
 qui aliquid suadet, consulit,

præstat, & in se recipit.
Atqui. Attamen.
Tortor. Pœni crudeles, qui
 eum, illigatum in machina,
 vigilando necaverunt, resectis
 palpebris.
Dimouit. Repulit: viam sibi
 per obitantes aperuit.
Dijudicatâ. Judicium sen-
 tentiis finitâ, & composita;
 quorum unus erat antea, ut-
 pote Senator.
Tendens, &c. Ad oblecta-
 tionem, & rusticationem sci-
 licet. De Venafro, & Taren-
 to, vide lib. 2. Od. 4.



ODE

Alcaica ut ^{1a} ODE VI.

Romanorum sui temporis vitia, maximè impietatem, & impudicitiam detestatur: priscorum mores celebrat.

Delicta majorum immeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
Ædesque labentes Deorum, &
Fœda nigro simulachra fumo.
Diis te minorem quodã geris, imperas:
Hinc omne principium; huc refer exitum.
Dii multa neglecti dederunt
Hesperia mala luctuosa.
Jam bis Monases, & Pacori manus,

Delicta majorum, &c. Ob majorum flagitia, dabis pœnas; ac licet eorum scelera non admiseris, atque adeo immeritus, & innocens videare, justè tamen plectèris, ob tuam in rebus sacris, in templis, v. g. reficiendis, negligentiam, & impietatem.

Fumo. Quo templa olim incensa fuere, & deformata.

Imperas. Orbis imperium obtines, quia Deos piè colis, iis inferiorem te fateris.

Hinc, &c. A Diis, & eorum cultu, initium ducito rerum omnium agendarum: huc, id est, ad eosdem, refer, iis refer acceptum exitum, & felicitatem tuam, in rebus bene ge-

rendis. Nota porrò vocem hanc, *principium*, esse trisyllabam, quali esset *principium*.

Hesperia. Od. 30. lib. 1.

Monases. Parthorum dux; qui Regi suo Phraati insensus, contulit se ad M. Antonium, eique auctor fuit belli contra Parthos suscipiendi; sed postea Phraati reconciliatus, diras clades Romanis intulit, circa annum ab V. C. 718. Vide Dionem, lib. 49. & Justinum, lib. 42.

Pacori manus. Exercitus Pacori; qui filius fuit Orodis Parthorum Regis, & à patre, post M. Crassum casum, missus contra Romanos, eosdem aliquot præliis fudit, an. V. C. 902.

Non auspiciatos contudit impetus
Nosiros; & adiecisse pradam
Torquibus exiguis renidet.
Pene occupatam scditionibus
Delevit Urbem Dacus, & Æthiops;
Hic classe formidatus, ille
Missilibus melior sagittis.
Fœcunda culpa sacula, nuptias
Primum inquinavère, & genus, & domos:
Hoc fonte derivata clades
In patriam, populumque fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus

Non auspiciatos. Auspiciis neglectis, aut vitiosè sumptis, factos. Quid essent auspicia, dictum alias. Vide lib. 2. Od. 12.

Adiecisse, &c. Gestit, triumphat, quòd suos torques (torquibus enim gaudebat Parthi, ut olim Galli) ampliores, & ornatiores fecerit, adjecto auro, gemmisque, & ceterà, quam nobis eriperunt, prædà.

Scditionibus. Bellis civilibus, & privatis dissidiis.

Dacus. Populus Europæ Septentrionalis, ubi nunc Transsylvani, Moldavi, Hungari, &c. Appellabantur etiam, Davi, & Dax. Illorum incursiones Augustus repressit, tribus eorum ducibus caesis. Suet. Aug. c. 21.

Æthiops. Populus Africa; qui Antonio contra Augustum

pugnanti favit, ut ipsi etiam Daci. Æthiops, eorumque Regnam Candacem, subinde Petronius Augusti auspiciis vincit. Dio lib. 51. 54.

Hic. Æthiopes, five Egyptii, qui Antonio classem, & maritimum exercitum paraverant.

Ille. Dacus.

Inquinavère. Adulteris.

Genus. Familias.

Hoc fonte, &c. Ex hac nequitia oritur sunt clades publicæ.

Ionicos. Lascivos: Iones enim, Græciæ populus, erant nequissimi.

Matura. Nubilis, adulta.

Artubus. Fingit pedes ad illos motus, & componit. Per motus, saltationem intellige: utebantur enim Latini verbo, moveri, pro, saltare. Quidam

Q. HORATII FLACCI

Jam nunc, & incestos amores
De tenero meditatur ungui.
Non his juventus orta parentibus
Insecit aquor sanguine Punico;
Pyrrhūque, & ingentem cecidit
Antiochum, Hannibalemque dirum:
Sed rusticorum mascula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Versare glebas, & severa
Matris ad arbitrium recisos
Portare fustes, Sol ubi montium
Mutaret umbras, & juga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte currū.
Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos

legunt, fingitur, aribus; nempe, ad malas istas artes informatur.

De tenero ungui. A puero; ab ipsa jam tum pueritia.

Non his, &c. Impiis, molibus, & effeminatis.

Pyrrhū. Regem Epirotarum, victum à Fabricio, & Cunctio, anno V. C. 480 Ejus vitam scripsit Plutarchus.

Antiochum. Regem Syriæ, quem vicit Lucius Scipio, anno V. C. 567.

Hannibalem. Vide Oden. 9. lib. 2.

Sabellis. Sabinis. Erant illi Italiæ populi; labori assueti,

& malo; olim Samnites etiam dicti, teste Plin. lib. 3. c. 12.

Severa. Quæ oneri non parcebat.

Portare. Domum ex agro.

Sol ubi, &c. Vesperis, eadente Sole, qui umbras montium projicit in aliam partem, atque illam, in quam oriens eas projiciebat.

Amicum. Gratum agricolis, ob noctem, & quietem.

Damnosa. Quæ omnia consumit.

Imminuit. Deterit, corrumpit.

Dies. Temporis diuturnitas.

Pro-

Progeniem vitiosorem.

Ætas, &c. Gradatio pulcherrima: nostri parentes erant avaris nequiores, nos parentibus sumus, nostri liberi nobis erunt.

Diesbus *Saphica*
ODE VII. *Petraglyph.*

Meccenatem ad sacrificium, & epulas, datâ occasione, invitat.

chorus spondeo Dactilo et duo choroi
5. ped. *M*Artius calebs quid agam Calendis,
Quid velint flores, & acerra thuris *Saphica*

2. ped. -- Cespitem vivo, *Adoniceo Dactilo et spondeo*
Docte sermones utriusque linguae:
Voveram dulces epulas, & album
Libero caprum, propè funeratus

Martius, &c. Martius Calendis, solebant matronæ sacrificia Junonis eximio apparatu facere, ipsarum verò mariti Jano; qui suis etiam uxoribus munera tunc, floresque militabant. Id ob eam fiebat caufam, quod isto die olim Sabinæ pacem, & concordiam inter viros, & patres suos conciliaverant. Quod beneficium à fœminis profectum, anno recurrente, Romani istis muneribus, sacrisque recolabant, ut docet Servius, Æn. 8. Audierat Meccenas ab Horatio sacrificiū quoq; fieri domi: miratus fuerat, quippe calebs erat, id est, carebat uxore Horatius. Respondet illi Vates hac ode; cu-

jus initium est ducendum ab 5. versu, Docte sermones, &c.

O Meccenas, qui Latinam, & Græcam linguam egregie doctus es, qui utramque præclarè calles, miraris quid agam, quid mihi velim cum isto sacrificio, &c.

Acerras. Thuris vasculum. Cespitem. Arâ gramineâ, id est, factâ è congesto cespitem viridi.

Voveram. En causa sacrificii, quod Horatius faciebat, istis Martius Calendis.

Album. Hostia candida Diis superis immolabantur, atrâ Inferis.

Libero. Baccho; cujus in tutela sunt Poetæ.

Caprum. Vites arrodere ca-

per

Arboris idu.

Hic dies, anno redeunte festus,

Corticem astrictum pice dimovebit

Amphora, fumum bibere instituta,

Consule Tullo.

Sume, Mecenas, cyathos amici

Sospitis centum; & vigiles lucernas

Profer in lucem: procul omnis esto

Clamor, & ira.

Mitte civiles super Urbe curas:

Occidit Daci Cotisonis agmen;

Medus, infestus sibi, lucuosus

per solet: hinc Baccho immo-
labatur.

Festus. Ob memoriam ac-
cepti à Baccho, qui me serva-
vit, beneficii. Od. 14. lib. 11.

Corticem. Quo obstructa
est, & clausa vini amphora:
luber adhibebatur vulgò.

Dimovebit. Relinet, tollet.

Fumum, &c. Quæ amphi-
ra mea instituta est, id est, cœ-
pit, docta est, assuevit, fumum
bibere; in horreo, seu cami-
no, posita est, ut crudus auste-
rioris vini succus fumo mite-
sceret, ab eo tempore, quo Tul-
lus Consul est factus. L. Vol-
catius Tullus gessit Consula-
tum, anno V.C. 688. & 721.

Sume, &c. Invitat illum ad
epulas.

Sospitis, &c. In gratiam a-
mici, gravissimo periculo libe-
rati,

Profer, &c. Extende, pro-
trahie. Sensus est: producito
convivium nocturnum usque
ad diem: compotemus, lucer-
nis accensis, & vigilemus in
lucem.

Clamor. Quo sæpè compo-
tores debacchantur.

Mitte. Omitte.

Civiles. Quas sumis pro ci-
vium incolumitate. Fuerat e-
nim Præfectus Urbis: sed re-
verso in Urbem, post confes-
sum bellum Cantabricum,
Augusto, poterat esse solu-
tior, ac tranquillior.

Cotisonis. Dux erat Dacorum,
sive Getarum, partes Antonii cõ-
tra Augustum securus. Getas à
Romanis Dacos fuisse appella-
tos tradit Plin. l. 4. c. 14.

Infestus, &c. Sibi exitiales
ipsis, sibi ipsis invicem infestis,
dissent Medi, bellis civilibus

Dissidet armis:

Servit Hispana verus hostis ora

Cantaber; serà domitus caverna:

Jam Scythæ laxo meditantur arcu

Cedere campis.

Negligens, ne qua populus laboret,

Parce privatus nimium cavere, ac

Dona præsentis rape latus horæ, &

Linqve severa.

bus in se ipsos armati. Vibe lib.

2. Od. 2. Justinum, lib. 42.

Cantaber. Domiti fuerunt
penitus Cantabri, anno V. C.
736. cum per annos ferme du-
centos bella cum Romanis ges-
sissent. Vide Indicem 2. Odar.

Laxo. Laxato, & inutili.

Cedere campis. Ex Armenia
discedere. Vide lib. 2. Ole 6.

Negligens, &c. Ita senten-
tiam compone. Ne ligens, id
est, negligentior, & remissior
factus, parce, fuge nimium ca-
vere, & sollicitus esse, ne quid
populus detrimenti capiat, ne
quâ parte laboret, privatus, id

est, cum tu privatus sis, cum
nullum Magistratum geras.
Urbis enim Præfecturam sibi
demandatam Mecenas, rever-
so in Urbem Augusto, & con-
fecto bello, videtur deposuif-
se. Adde quod, illa neque Ma-
gistratus erat, neque, præsen-
tibus Imperatoribus, nisi forte
ad honorarium officium, & ti-
tulum, servabatur. Ita cavere
civitati parce, ut in eo sis quo-
dammodo negligens.

Dona, &c. Vitam, valetu-
dinem, epulas.

Severa. Seria, curas.

O D E VIII.

Asphica ut 7.
Mercurium, ac suam testudinem rogat, ut Lyden
sibi placatam reddant. Danaïdum apud Inferos
supplicium, & causam ejus narrat.

Mercuri (nam te docilis magistro)

Movit Amphion lapides canendo)

Amphion. Jovis, & Antio-
ros, Saxis ad lyræ sonum suū
sponte se componentibus, ex-
truxit.

ros, Saxis ad lyræ sonum suū
sponte se componentibus, ex-
truxit.

Tuque, testudo, resonare septem

Callida nervis,

(Nec loquax olim, neque grata, nunc &

Divitum mensis, & amica templis)

Dic modos, Lyde quibus obstinatas

Applicet aures.

Tu potes tigres, comitesque sylvas

Ducere, & rivos celes morari:

Cessit immanis tibi blandienti

Fanitor aula

Cerberus, quamvis Furiale centum

Muniant angues caput ejus, atque

Spiritus veter, saniesque manet

Ore trilingui.

Quin, & Ixion, Tityosque, vultu

Risit invito; stetit una paulum

Sicca, dum grato Danaï puellas

Testudo. Lyram invenit Mercurius, eamque primò compegit è testudinis tergo, & regimine, quod cavum est, additis 7. chordis, &c.

Nec loquax, &c. Quæ non eras apta ad canendum, prius quàm te Mercurius fidibus instruxisset.

Templis. Vbi Deorum laudes canuntur.

Dic modos, &c. O Mercuri, ò testudo, seu lyra mea, doce me carmina, quæ Lyde libenter audiat.

Tu potes, &c. Suam lyram alloquitur.

Ducere. Vt fecit Orpheus.

Aula immanis. Inferorum;

cùm idem Orpheus descendisset ad Inferos, Eurydicè repetiturus. Vide Virg. Georg. l. 4.

Furiale. Anguibus hirsutum, ut caput Furiarum.

Spiritus. Anhelitus.

Sanies. Tabum, venenum.

Ixion. Is, cum Junonem temerare voluisset, dejectus in Inferos fuit, & rotæ, quæ perpetuò circumagitur, affixus.

Tityos. Pro, Tityus. Vide Od. 4. hujus libri.

Risit. Propter lyram, cantusque dulcedinem.

Invito. Propter pœnarum, quibus interim cruciabatur, acerbitatem.

Urna, &c. Vix Danaidū, qui-

Carnine mulces.

Audiat Lyde scelus, atque notas

Virginum penas, & inane lympha

Dolium fundo pereuntis imo,

Seraque fata,

Qua manent culpas etiam sub Orco.

Impia, (nam quid potuere majus?)

Impia sponso potuere duro

Perdere ferro!

Una de multis, face nuptiali

Digna, perjurum fuit in parentem

Splendidè mendax, & in omne virgo

quibus aquam haustam in dolium pertusum, & rimosum infundunt, sicca aliquandiu manserunt, illis te audientibus, & laborem omittentibus.

Mulces. Orpheo canente.

Virginum. Danaidū: sic vocantur à Patre Danao Argivorum Rege: appellantur etiam Belides, ab avo suo Belo, Ægyptus, & Danaus, fratres fuere, Beli filii: Ægyptus filios habebat 50. quibus uxores à fratre Danao petiit tot idem ejusdem Danaï filias: annuit Danaus; sed, cum accepisset se ab uno è suis generis necandum esse, filiabus suis imperavit, ut suos singulos sponso mactaret noctu: quod omnes, præter Hyperimnestram, fecere.

Et inane, &c. Ordo est: & audiat dolium in inane lympha, pereuntis, seu estuæ, in imo

ejusdem dolii fundo, pertuso scilicet.

Inane lympha. Pro, vacuum aqua, nunquam aqua plenum.

Fata. Pœnas à fatis destinatas. Sera vocat, quia post mortem inferuntur sceleratis sub Orco, quæ viventibus inferri jam tum debuerant; vel, quia nullo exitu terminanda sunt.

Manent culpas. Quæ fata, quæ pœnæ reos expectant, sceleribus destinata sunt.

Majus. Crudelius. Subaudi, facere.

Face, &c. Digna honore matrimonii. Sponsæ ducebantur noctu, facibus accensis, in virorum domum.

Perjurum. Quia Danaus, Danaidum parens, promiserat suarum filiarum sponso omnia læta, & fortunata.

Splendidè. Gloriosè, pulchrè

Nobilis avum:

Surge, qua dixit juveni marito;
Surge, ne longus tibi somnus, unde
Non times deur; socerum, & scelestas
Falle sorores:

Qua, velut nocte vitulos leane,
Singulos, eheu! lacerant: ego illis
Mollior, nec te feriam, nec intra
Claustra tenebo.

Me pater sevis oneret catenis,
Quod viro clemens misero peperci:
Me vel extremos Numidarum in agros

Classe releget:

I, pedes quod te rapiunt, & aures,
Dum favet nox, & Venus; I, secundo
Omne, & nostri memorem sepulchro
Sculpe querelam.

Mendax. Pollicita erat suo
parenti se sponsum necaturā.

Marito. Lynceus vocabatur.

Longus somnus. Mors.

Unde non times. Ab ea ma-
nu, quæ tibi suspecta non est;
& Danao, si te vivum offendant;
à me.

Socerum. Danaum.

Sorores. Meas.

Falle. Effuge, late.

Velut, &c. Tanquam lænæ
vitulos, quos invenère, con-
trucidant.

Singulos. Suos singulæ ma-
ritos, suum unaquæque.

Claustra. Carcerem.

Numidarum. In Africa.

Classe. Navi.

Releget. In exilium mittat.

Et aures. Et venti. Ito, fuge;
vel terra, & pedes; vel mari,
& ventis.

Venus. Ob meum in te amor-
em, & pietatem.

Secundo. Fausto.

Et nostri, &c. Cum ego mor-
tua fuero, tu meo sepulchro
insculpe carmen lugubre, quo
significes, te nostri, te mei a-
moris, & vitæ meo beneficio
acceptæ, meminisse.

)†()†()†(

ODE

Canticulo

ODE IX.

Festastropho.

Fonti Blandusie sacrificium, & à versibus suis
nobilitatem promittit.

2 primi vers. Arcleptate. sp. dact. sil. 12 2^{us}

Dactili.

O Fons Blandusie, splendor vitro;
Dulci digne mero, non sine floribus,
sp. dact. sp. Cras donaberis hædo; Pherecratue
sp. 2. dact. Cui frons turgida cornibus Gliconeu

Primis, & Venerem, & prælia destinat

Frustra: nam gelidos insciet tibi

Rubro sanguine rivos,

Lascivi soboles gregis.

Te fragrantis arox horu Canticula

Nescit tangere: tu frigus amabile

Fessis vomere tauris

Præbs, & pecori vago.

Blandusia. Erat ille fons,
prope villam Horatii, in agro
Sabino.

Vitro. Crystallo pellucidior.

Digne mero, &c. Qui dignus
es, cui fiat sacrificium, fontium
Numini fieri solitum, sparsis
floribus, & mero.

Hædo. Qui tibi immolabi-
tur, seu Numini, quod tibi
præsidet. Sua enim esse singu-
lis fontibus credebant Numi-
na: unde sacri sæpè fontes ap-
pellantur.

Primis. Recentibus, primùm
emergentibus.

Prælia. Solent hædi adver-
sis cornibus inter se pugnare.

Destinat. Frons illi destinat:
id est, qui hædus, sentiens e-
rumperet sibi cornua, jam se
accingit ad prælia, sed frustra:
nam, &c.

Tibi. In honorem tuum, ti-
bi immolatus.

Insciet. Tinget.

Soboles gregis lascivi. Hæ-
dus ille. Capra est animal la-
scivum.

Arox hora. Calida tempe-
stas, æstivum tempus, quo sæ-
vire Canticula solet. Canticula
est sydus, quo circa medium
Julium exoriente, maximi ca-
lores excitantur.

Nescit. Nequit.

L 2

Fies

Fies nobilitate tu quoque fontium,
Me dicente caris impositam ilicem
Saxis; unde loquaces

Lympha desiliunt tua:

Fontium. Subaudi, unius: ner rapi, e qua fluis.
Græca locutio. Unde. Quibus e saxis:
Me dicente, &c. Cum ego Desiliunt. Desluunt, decurrunt.
laudabo queream, quæ immi-

O D E X.

Augusti reditum ex Hispania, post Cantabri-
cum bellum, celebrat.

Herculis ritu modo dictus, o plebs,
Morte venulem petiisse laurum
Caesar Hispanâ repetit Penates
Victor ab ora.

Unico gaudens mulier marito

Herculis, &c. Ordo est: o plebs, o Quirites, Caesar Augustus, qui modo, qui nuper vobis dictus est laurum, & victoriam de Cantabris morte venalem petiisse, instar Herculis, repetit victor domum ab Hispania. In hoc bello periculofus morbus Augustum vexaverat: hinc querelæ, & luctus populi Rom. quem Vates hac ode consolatur.

Ritu. More, & exemplo Herculis: quia Hercules olim, in eadem Hispania versatus, multos labores, & vitæ pericula adiërat.

Morte, &c. Victoriam san-

guine, & periculo sui capitis emendam.

Penates. Erant Dii domestici: pro ipsa dōmo ponuntur.

Victor. De Cantabris. Vide 2. Indicem Odar. anno. V. C. 723. 736.

Unico, &c. Matronæ castæ, unico viro addictæ, domo prodeant obviam Cæsari, postquam sacrificia obulerint Diis justis, qui Augustum, id merentem, & belli, & morbi periculo liberaverunt. Operari, facere, significant, sacrificare. Quidam volunt hinc unam quandam designari mulierem, nempe Liviam, uxorem Augusti quo

Prodeat, justis operata Divis
Et soror clari Ducis, & decora
Supplice victâ

Virginum matros, juvenumque nuper
Sospitum: vos o pueri, & puella
Jam virum experta, malè ominatis
Parcite verbis.

Hic dies, verè mihi festus, atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenentâ
Cæsare terras.

I, pete unguentum, puer, & coronas,
Et cadum Marsi memorem duellis

quo sensu, si versiculum hunc accipias, ita explicæ voces illas, unico gaudens, &c. nempe quæ unice gauderet reditu, & salute sui viri: vel, unico, id est, singulari, egregio.

Senior. Octavia, Antonii nuper demortui uxor, soror Augusti.

Decora, &c. Solebant, in publicis supplicationibus, caput, & manus taniolis quibusdam sacris adoperire.

Matros. Antea matronas omnes erat allocutus: jam eas compellat propriè, quarum erat præcipua pars in ista lætitiâ, ob liberos sospites, & cum Angusto redeuntes.

Virum experta, &c. Nuptæ. Juniores feminas alloquitur, & pueros, quibus, ob innatam præcæci garrulitatem, præsertim

præcipiendum erat, ne verbis petulantioribus, profanis, turpibus, infaustis, diem sacram inquinarent; ut linguis faverent, abstinere a verbis malè ominis. Vide notam in Ode prima hujus libri, ad hæc verba, Favete linguis. Porro legendum potiùs, malè ominatis, quàm, malè nominatis, ut habent codices nonnulli.

Tumultum. Civile bellum hoc nomine propriè intelligitur.

Per vim. Per externum, & hostile bellum.

Tenente. Regente.

Pete. Para, aſter.

Puer. Servum alloquitur.

Coronas. Coronati floribus, & unguentis delibuti, accumbent.

Cadum, &c. Cujus vinum

Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa.
Dic & arguta properet Neana
Myrrheum nodo colibere crinem.
Si per inuisum maris janitorem
Fict, abito.
Lenit albescens animos capillus,
Litium, & rixa cupidos protervae
Non ego hoc ferrem calidus iuventam,
Consule Planco.

conditum sit, bello Marfo, seu Marfico. Solebant enim, ut sæpe dictum antea, inscribere in operculo cadi, seu doli, quo anno vinum diffusum foret. Porro bellum illud vocatum etiam fuit sociale; quia fuerat constatum à sociis Italiae populis, & federatis; qui, cum jus civitatis sibi promissum obtinere non possent, arma ceperunt. Hos inter quia præcipui Marfi erant, Marficum est vocatum. Incidit in annum V. C. 663. Vide Florum lib. 3. cap. 13.

Duelli. Belli.

Spartacum, &c. Si quâ ratione, vel, si forte aliqua testa potuit fallere, id est, laxere Spartacum vagantem totâ Italia, & eam devastantem. Fuit Spartacus gladiator, qui servos, & gladiatores in Rempublicam armavit, bellumque

servile. conflavit; anno V. C. 681. Lege Florum lib. 3. c. 20.

Arguta. Scire, & eleganter canenti. Erat fidiçina, quales sæpe in conviviiis adhibebant; eam Horatius per seivulum accersiti jubet.

Myrrheum. Myrrheo unguento nitentem.

Colibere. Religare, colligere.

Lenit, &c. Ordo, & sensus est; capillus albescens; id est, ætas jam in senectutem vergens, lenit, temperat animos meos, hoc est, iracundiam iræ amantem.

Non ego, &c. Repullam à janitore non tulissem.

Planco. Consul fuit anno V. C. 711, quo anno Horatius natus erat annos admodum 24. legit Lambinus. Consule Tullo; de isto consule dictum supra. Od. 7.

ODE

Divola ODE XI. Tetraostroph.

Aurum vincit, ac petrumpt omnia. Nihil cupere, parvo contentum esse, summa

3 pium vof. in Afeleptaden sp. dacl. et Sibab. (A Duos filios)

Inclusam Danaën turris abenea;

Robustaque fores, & vigilum canum

Tristes excubias, munièrant saxi

Nocturnis ab adulteris;

Si non Acrisium, virginis abdita

Custodem pavidum, Jupiter, & Venus

Risissent: fore enim tutum iter, & patens,

Converso in pretium Deo.

Aurum per medios ire satellites;

Et petrumpt amat saxa, potentius

Ictu fulmineo. Concidit anguris

Danaën. Erat Acrisii filia,

Regis Argivorum. Audièrat

Acrisius se a nepote vitâ, & solio

privatum ire: quare filiam,

ne quis ex ea nasceretur, ahe-

nea turri incluserat. Jupiter,

in pluviam auream conversus,

Pelitem ex ea suscepit; à quo

Acrisius est interfectus. Huic

sibula occasionem dedit Pro-

ctas, Acrisii frater, qui cætu-

ptis autè custodibus, aditum

ad Danaën invenit.

Fore enim, &c. Subaudi;

scribant, asebant.

In pretium, &c. In aurum.

Deo. Jovi.

Amat. Solet.

Saxa, Arces, oppida mu-

Auguris, &c. Amphiarai fa-

milia: qui cum (ut erat augur

optimus) intellexisset, peritu-

rum se in bello Thebano, quod

agitabant Polynices, & Adra-

stus, cuius sororem Eriphylem

Amphiarai duxerat, adduci

non poterat, ut ad illud pro-

ficisceretur; donec Adrastus

monile auro, & gemmis

præstans Eriphylæ dedit; quo

illecta, persuasit viro, ut bel-

lum peteret: in quo ipse, terrâ

discedente haustus est. Eriphyle

subinde fuit ab Alcmaone

filio interempta, Alcmaon ab

Adrasto, & Polynice: Amphilo-

chus etiam, Alcmaonis fra-

L 4

ter,

Areiui domus, ob lucrum
 Demersa exitio, diffidit urbium
 Portas vir Macedo, & subruit amulos
 Reges muneribus; munera navium
 Savos illaqueant duces.
 Crescentem sequitur cura pecuniam,
 Majorumque fames. Jure perhorru-
 late conspicuum tollere verticem,
 Mecenas, Equitum decus.
 Quanto quisque sibi plura negaverit,
 A Diis plura feret; nil cupientium
 Nudus castra peto, & transfuga, divitum
 Partes linqvere gestio,
 Contempta dominus splendidior rei,

ter, in bello Thebano perit.
 Ita ob unius mulieris avaritiã,
 tota domus Amphiarai exitio
 demersa est, id est, extincta,
 everfa.

Diffidit. Perfregit, dissecuit.
 Aeneis, & tormenti muralis
 loco ei munera fuere.

Vir Macedo. Philippus, Alex-
 andri pater, Macedoniae Rex.

Navium duces. Gubernato-
 res; vel, munera navium, id
 est, merces peregrina, quæ na-
 vibus advehuntur, duces exer-
 citium capiunt.

Illaqueant. Corruptunt.

Cura. Servanda pecunia,
 metus amittenda.

Majorumque fames. Majo-
 rum opum, majoris pecunia
 cupiditas.

Jure, &c. O Mecenas, qui

Equitum, & Equestris ordinis
 (in eo enim ille constiterat
 præ modestia) decus es, ego
 jure pertinui magnas opes pos-
 fidere, & honores; cæteris e-
 minere nolui.

Plura negaverit. Cupiditati
 suæ, & avaritiæ detraxerit.

Feret. Obtinebit, à Diis sci-
 licet.

Castra peto. Metaphora du-
 citur à re bellica: ego partes
 relinquo avarorum, & ample-
 ctor partes illorum; qui nihil
 desiderant, pauper, & nihil
 ipse possidens, aut cupiens, præ-
 ter id, quod satis est.

Contempta rei. Opum exi-
 guarum, quas ipse contempno,
 & quas ob parvitatem alii me-
 rito spernant.

Quam

Quam si quicquid arat non piger Appulus;
 Occultare meis diceret horreis,
 Magnas inter opes inops.
 Pure rivus aqua, sylvaque jugerum
 Pancorum, & segetis certa fides mea,
 Fulgentem imperio fertilis Africa
 Fallit, sorte beator.

Quamquam nec Calabria mella ferunt apes;
 Nec Lestrygoniã Bacchus in amphora
 Languescit mihi; nec pinguis Gallicis
 Crescunt vellera pascuis;
 Importuna tamen pauperies abest;
 Nec, si plura velim, tu dare deneges.
 Contracto melius parva cupidine

Dominus, &c. Sapiens enim,
 suã sorte, ac tenui re conten-
 tus, ita se gerit, ut non ipsi pe-
 cunia, sed pecuniæ ipse imper-
 ret. Sanè avarus, pecuniæ, quàm
 tangere non audet, quã timet
 uti, dominus dici non debet.

Appulus. Apuliæ solum fe-
 rax, & agricolæ laboriosi erant.
 Supra Od. 4.

Certa fides. Fundus fidelis,
 reddens semper cum sænore
 sementem commissam.

Fulgentem, &c. Phrasis Gre-
 ca est: ita est ordinanda; rivus
 aquæ puræ, sylva paucis con-
 stans jugeribus, & prædiũ non
 mendax, fallit, id est, latet,
 cum qui fulget Africa, impe-
 rio, hoc est, Imperatorem, Re-
 gem Africa; latet, inquam, il-
 lum, ab eo ignoratur esse hic

rivus, hæc sylva mea, bea-
 tior sorte, ac opibus suis, &
 Regum omnium. Nescit Afri-
 ca Rex exiguas meas opes, ri-
 vum, & sylvulam, esse feliciorẽ
 sorte suã, Regiis opibus suis.

Calabria. Calabria, pars est
 extrema Italiæ, prope Sici-
 liam, ubi mel optimum.

Lestrygoniã Formianã. For-
 miã, oppidum est Campaniæ
 Italiæ, ad quod olim Lestrygo-
 nes, Sici-liæ populi, commigrã-
 runt: in ejus agro vites optime,
 ut flores, & mel in Calabria.

Languescit. Senescit, mite-
 scit.

Gallicis. Nempe in Gallia
 Cisalpina, ad Padum, ubi lata
 pascua.

Contracto, &c. Imminuto,
 restrenato amore divitiarum.

Vi.

Cum famulis operum solutis.

Operum. Genitivus, Græco pestatem, labore, & opere sô-
more, pro ablativo. luti erunt, vacabunt ab opere
Solutis. Qui propter tem- rustico.

O D E XIII.

Faunum abeuntem precatur, ut agro, pecoria
que sit innoxius.

Saphica ut 7a

Faune, Nympharum fugientium amator,

Per meos fines, & aprica rura

Lenis incedas; abeasque parvis

Equus alumnis:

Si tener pleno cadit hædus anno;

Larga nec desunt Veneris sodali

Vina cratera; vetus ara multo

Fumat odore.

Meos. In agro Sabino vil-
lam habebat.

Abeasque. Faunus, idem
qui Pan, partem anni degere
debat in Arcadia sua, par-
tem in Italia; in eam veniebat,
Idib. Februarii, abibat Nonis
Decemb. Hoc ideo finxere,
quod Faunus agris, ac telluri
præsit, que, in Italia, mense
Februarii, solet, hyeme de-
pulsâ, resfloretere; Decembri,
silere, & quiescere.

Equos. Mivis, innoxius, &

Alumnis. Ovium, & aliis

genus foetibus, qui aluntur

in villarum vernulis.

Cadit. Tibi à me sacrificat-
ur.

Pleno. Exacto; absoluto. Vt
Faunus sibi conciliet, comime-
morat ea, quæ in ejus honorem
solebat præstare.

Cratera. A nominativo, cra-
tera, cratera: dicitur, & cra-
ter, crateris. Vocatur autem
cratera sodalis, id est, socias
& amica Veneris, quia sine
Baccho, & Cere, ut fert pa-
roemia, friget Venus.

Odore. Thure, vis & argus.

Ludit herbofo pecus omne campo,

Dum tibi Nona redeunt Decembres;

Festus in parvis vadat otioso

Cum bove pagus.

Inter audaces lupus errat agnos:

Spargit agrestes tibi sylva frondes;

Gaudet invisam pepulisse fossor

Ter pede terram.

Nona. Die 5. Decembris, sic-
bat sacrificium itud Fauno.

Inter, &c. Ita freci sunt præ-
sidio tuo agni, ut lupos non
curent; interque ipsos lupi er-
rent sine fraude.

Spargit, &c. Sylvæ spoliant
se frondibus, non tam hyemis
adventu, quam pietate erga te;

ut nempe tibi humum sternant
foliis suis, & sic abeuntem co-
honestent, & colant.

Invisam. Invisam vocat,
quia in ea colenda, & exercen-
da sudat.

Fossor. Vinitor, colonus. T
Pepulisse. Saltando ad nu-
merum.

O D E XIV.

Telephum hortatur, ut, omisis litteris, & hi-
storiis, de vino, & epulis cogitet.

Quantum distet ab Inacho

Codrus, pro patria non timidus mori,

Quantum, &c. Ordo est.
O Telephe, tu mihi narras o-
diosè quantum sit intervallum
temporis inter duos Reges
Græcos, Inachum, & Codrum,
&c. Taces interim, nihil dicis,
quemadmodum mercemur o-
pimum vinum, &c.

Codrus, Atheniensium Rex
ultimus, circa 2980. Is pro
patria se devovit, in bello quod
inter Dorienteses, & Athenien-
ses erat. Cum enim oraculum
respondisset, eos fore superio-
res, quorum dux in acie occi-
disset; pactorali sumpto habi-
tu, hostium agmen ingressus,
dum temere jurgium ciet, ab
gregario milite interfectus est.

Distet. Quanto post tempo-
re vixerit. Inachus Argivo-
rum Regno initium dedit,
circa anaum mundi 2197.

Quantum distet ab Inacho
et vis in totis partibus

*Nicola
Dionopho*

174 Q. HORATII FLACCI

Glioniur.
Narras, & genus *Æaci*, *Aclepiad*
Et pugnatâ sacro bella sub Ilio: *Glioniur*
Quo Chium pretio cadum *Aclep.*
Mercemur; quis aquam temperet ignibus;
Quo prabente domum, & quora,
Pelignis caream frigoribus, taces.

Da Luna properè nova,
Æaci fuit Æacus, Jovis
filius, Pelei pater, Achillis a-
vus. Per Æaci genus, possunt
significari *Acida*, *Peleus*, *A-*
chilles, *Pyrrhus*, &c. Sic *Dana-*
es appellat *Dana* genus, i. z.

Ilio. Troja, sic dicta ab *Ilo*,
Trojano Rege. Sacrum dicitur,
ob templorum in ea urbe
celebritatem, ac multitudinē;
vel, quia *Neptunus*, & *Apollo*
ejus mœnia condiderant.

Chium. Chios insula est ma-
ris *Ægæi*, inter *Samum*, &
Lesbum, vino suo inclita.

Aquam. Balnei, quò utebā-
tur ante cœnam. Interdum e-
tiam calidâ vinum tempera-
bant; ut vini frigiditas, nix,
aut glaciē quęstia, nō noceret.

Temperet. Tepidam faciat.

Quo prabente, &c. Cujus in
domo, quorâ horâ, mensâ ac-
cumbam, ad focum, & propul-
sem hybernum frigus: quod
Pelignum vocat, ab regione
Pelignorum, notâ *Horatio*,
quia *Peligni* erant vicini *Sabi-*
nis: eorum regio, propter

montes, frigida.

Da. Vocat servum, & quasi
arrepto calice, infundi sibi ju-
bet.

Da Luna, &c. Subaudi, po-
culum, nempe quod hauriam
in honorem Lunæ novæ. Sic
Ode 7. vocat cyathos amici
fospitis, eos qui in amici gra-
tiam siccantur. Cedo pateram;
propinare placet Lunæ novæ,
nocti mediæ; *Licinio Muræ-*
næ, auguri recens creato. Erat
ille frater uxoris *Mecænatis*,
& in ejus gratiam scripta hæc
Ode videtur. Vide lib. 2. Od.
7. Fortè per hæc verbas *An-*
guris Muræna, significatur
tempus maturinum, quo fere
auguria captabantur ab augu-
ribus, quorum unus erat *Mu-*
ræna. Sic tria quædam tem-
pora notare videtur, quòd
totam noctem vellet potando
transigere.

Luna nova. Per Lunam no-
vam, quidam suspicantur, Lu-
nam vesperi surgentem indica-
ti, ut ver novum dicitur, quod
in-

ODARVM LIB. III.

Da noctis mediæ, da, puer, auguris
Muræna: tribus, aut novem,
Miscentur cyathis pocula commodis.
Qui Musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. Tres prohibet supra,
Rixarum metuens, tangere Gratia,
Nudis juncta sororibus.

Insanire juvat. Cur *Berecynthia*
Cessant flamina tibiæ?

incipit, & Sol novus, Sol ori-
ens; adeoque hac voce signifi-
cari incium noctis, & cœnæ,
quam *Horatius* productam ve-
lit ad mediâ noctem, cui se
quoque propinaturum ait. Alii
per Lunam novam, intelli-
gunt crescentem, nondum
plenam.

Auguris. Augures illi erant,
qui ex avium cantu, pastu, vo-
latu, futura prædicebant, ac
Deorum voluntatem renun-
ciabant.

Tribus aut, &c. Id est: com-
modè, convenienter *Musis*,
aut *Gratiis* bibitur, cum tria
pocula ebibuntur, vel cum
novem. Pocula erant vasa ma-
jora, è quibus vinum propina-
batur, & cum aqua misceba-
tur in cyathis, qui erant mino-
ra vasa, seu patera. Fundun-
tur ergo pocula in cyathos,
vel tres in honorem *Gratiarum*,
vel novem, in honorem
Musarum.

175
Glioniur 20
spend. et 2. *Dact.*
Aclep. 20 *spend*
Dactil. silab.
et 2. *Dactili*

Impares. Novem.

Attonitus. *Entheo*, quem
assunt *Musæ*, furore percitus;
vel, subebrius.

Tres, &c. Ordo est: *Gratia*,
sororibus juncta, id est, tres
Gratiæ, prohibent tangi pocu-
la, & ebibi supra tria, plura
tribus; quia si bibantur plura,
periculum est rixarum, quas
Gratiæ fugiunt.

Insanire juvat. Citra mo-
dum, & liberalius bibere cer-
tum est. Itaque novem cya-
thos hauriam, *Musarum* me-
mor, *Gratiis* invitis.

Berecynthia. *Phrygiæ*. *Be-*
recynthus est mons *Phrygiæ*.
Tibiæ Phrygiæ, sive *impares*
dicebantur, cum duæ adhibe-
bantur, altera dextra, altera
sinistra, quæ junctæ sonum ef-
ficiebant mixtum ex acuto, &
gravi. Dextra enim tibiæ (ita
dicta, quia dextra oris parte
inflabatur) erat unico forami-
ne,

*Cum pender tacitâ fistula cum lyrâ ?
Parentes ego dexteras
Odi: sparge rosas: audiat invidas
Dementem strepitum Lycus,
Et vicina seni non habilis Lyco.*

ne, coque apertiori; unde sonus gravior existerat: sinistra verò duplex habebat foramen, & utrumque angustius; unde sonus acutior. Si duæ dextræ tibi inflarentur, modus Lydius dicebatur; si duæ sinistrae, Sarranus, sive Tyrius: & tunc pares tibi esse dicebantur, quâdo scilicet duæ erant dextræ, vel duæ sinistrae. Modus porro Phrygius, de quo hic agit Horatius, erat jocis, & convivii accommodatior: ita fortè dictus, quia inventus à Phrygiis. Ad Comœdias Terentii expurga-

tas, & à nobis illustratas, in Andriæ limine, Phormionis, &c. Pender. E pariete.

Parentes, &c. Parcas. O puer, sparge affatim, & largè rosas; liberalis esto, & prodigus: tales nunc amo.

Dementem. Inconditum, vehementem, ut ab ebriosis tollitur.

Lycus. Vicinus aliquis, Horatio infensus.

Vicina. Vxor Lyci; cujus mores discrepant à mariti moribus, cui cum marito non convenit.

Alcaica ut 1^a ODE XV.

Amphoram suam hortatur, ut, in Corvini gratiam, vinum vetustum, cujus laudes prosequitur, depromat.

O Nata mecum, Consule Manlio,
Sed tu querelas, sive geris jocos,

O nata, &c. Rectè illi, meo iudicio, sentiunt, qui negant designari ætatem amphoræ vino vacuæ; quia non laudabatur vetustas vasis, sed vini. Itaque nata dicitur amphora, quo tempore impleta vino

fuit; nempe eodem anno, & Consule, quo natus erat Horatius, Vibis 689. L. Manlio Torquato, & L. Aurelio Cottâ Coll.

Geris. Quasi gravida esset amphora querelis, jocis, &c. anno;

*Seu rixam, & insanos amores;
Seu facilem pia testa somnum:
Quocumque lectum nomine Masticum
Servas, moveri digna bono die;
Descende, Corvino jubente,
Promere languiora vina.
Non ille, quanquam Socraticis mader
Sermonibus, te negliget horridus:
Narratur & prisca Catonis*

anno; quia hæc omnia parturire vinum solet.

Pia. Vox amorem, & venerationem sonans.

Quocumque, &c. Non hic designatur nomen Consulis: illud enim disertis verbis jam attulit Horatius; hæc igitur est sententia: quacumque fuerit causa, & ratio, cur vinum in te conderetur. Varia enim erat vini bonitas, ob quam servabatur: aliud lenitate, aliud robore, aliud subtilitate, aliud alio nomine præstabat.

Masticum. Est mons in Cæpania; unde vinum optimum.

Moveri. Vt res sacra; ex apotheca deripi, & proferri. Statuæ Deorum, cum ad aliquam supplicationem efferebantur è templis, moveri propria voce dicebantur. Vide Oden 16. lib. 1.

Bono die. Quo, vel Corvino Consul creatus erat, anno V. C. 722. aut triumphum de

Gallis idem retulerat an. 736. Descende. Ex apotheca, ex horreo.

Corvino. M. Valerio Messala Corvino, qui & consulatus gessit, & de Galia triumphavit. Vide Suet. Aug. c. 58.

Jubente. Quia fortè se ad cœnam ipse invitaverat apud Horatium.

Promere. Descende, ut promas.

Languidiora. Vetusta, & proinde mitiora.

Socraticis, &c. Etsi Corvino austeriori Philosophiâ, quam Socrates docuit, & quæ sobrietatem maximè commendat, totus imbutus sit, non erit ille tamen adeo tetricus, & austerus, ut te negligat, ac respuat.

Mader. Imbutus est ad pleinum, delibutus.

Catonis. Censorii, qui, Plutarcho teste, moderatas epulas non spernebat. Priscus voca-